

ITINERARIUM Nobiliorum ITALIÆ REGIONVM, VRBIVM, OPPIDORVM, Et LOCORVM;

Nunc serio auctum, & Tabellis Chorographicis,
& Topographicis locupletatum,

In quo, tamquam in Theatrō Nobilis adolescens, etiam
domi sedens, præstantissime regionis delicias
spectare cum voluptate poterit.

Auctoribus

FRANCISCO SCOTTIO ANTVERPIENSI I. C.
Et F. HIERONIMO EX CAPVGNANO
Bonon. Prædicatorio.



VICENTIAE

APVD FRANCISCVM BOLZETTAM
Gymnasij Patauini Bibliopolam. MDCL.
Superiorum permisu.

sch

Bruuntur Modoetienses corona ferrea, qua Imperatores Mediolani coronantur pro Regno Italiae, quamque Otho. Secundus Imperat. Modoetiae reliquit.

Aurea quippe est, sed ob ferream laminam illam se-
cantem ferrea dicitur, quam esse multi asserunt alte-
rum ex clavis, quibus pependit in Cruce Mundi Sal-
uator. Hinc ad montana pergens Somaschæ pa-
gum amoeno situ inuenies, & illustrem exordio pa-
trum Clericorum Regularium, qui a loci nomine So-
maschi nuncupantur, quique Ecclesie Dei multimo-
de inseruientes, certam suam faciunt [“]vocatio-
nem.

Leucus fortilitum Ducas Mediolani supra mil-
liaribus tribus, in ora laci Larij fit cunctis obuiam, &
inde nauicula Comum pergimus, & pedestri itine-
re ad Rhetios, vbi etiam ad ima fluit Abdua flu-
men.

Ad Ieuam Modoetiae eminent colles Briantini, in
quibus Troia oriundus Briantius Vrbem quondam
posuit nunc solo aquatam, cuius agri vina optima pa-
riunt, & amoeni, excultiq; coluntur.

Ad dexteram partem, itineris spatio pass. 3. mil-
lium coluntur agri quidam dicti Bicocca, in quibus
Franciscus Secundus Sfortia Dux, de Lautrecco Gal-
lorum Duce inuictè superato gloriòsè triumphauit,
quo in prælio multa hominum millia desiderata fue-
runt. Et paulatim dextrorūm incedentes ad nauile,
quod ex Abdua propè Vaprium exit, & Mediola-
num currit, & Vaprium, & Abdiam peruenimus.
Vnde homines ducantur extra Portas Orientalem,
Tosamque egressi, iam satis dictum fuit.

Habet Mediolanum versus cadentem solem Por-
tam Vercellensem, ex qua egressus Rhò pagum non
ignabilem reperies, & ibi Imaginem Mariæ Genitri-
cis Dei gratijs in homines propensiæ, & hinc ad na-
uile deduceris ex Ticino ad Vrbē dilabens, quo trâl-
meato Bufaloræ, aut Biagrassæ flumen ipsum Ticinum,
& prætergredies; vbi si ad dexteram flectes, vi-